

maiori parti ipsorum, habito etiam respectu ad longitudinem seu breuitatem dicti tractatus si quis propterea uobiscum ordinaretur quod unus uel duo ipsorum per concordiam seu per texeram irent pro bono factorum ad ipsum regem uel remanerent in curia, pro tractatu ipso complendo sit in libertate sua eundi ad dominum regem uel remanendi in curia, sicut eis uidebitur ut est dictum ad procurandum fauorem et bonum negocij prelibati. 110

Nº 493. Capta. Insuper quoque si dominus papa non attenderet ad factum equorum mittendorum set solum ad galearum secundum ordinationem factam per quondam bone memorie dominum papam Johannem predecessorem suum, que erat de galeis XL et uellet quod secundum ipsam procederetur in facto requirente ipso quod ponere deberemus dictas galeas X secundum oblationem et dicte ordinationis tenorem non possendo aliquam ex dictis galeis X subtrahere, offerrant parte nostra quod ipse per nos ponentur et habebuntur in dicto negocio dummodo faciat quod totus predictus numerus, qui est de galeis XL per ipsum regem Francie et alios dominos qui sibi uidebuntur totaliter adimpleatur. Cumque autem in prefacta ordinatione caueatur quod dominus Imperator constanter galeas sex ponere teneatur et uellet quod oblationem et pro missionem per eum factam de dictis sex galeis armandis et in dicto negotio tenendis deberet infalibiliter attendere et obseruare, tunc dicant et exponant ambaxatori prefato quod non credunt ipsum dominum Imperatorem ordinationem cum tangentem posse adimplere propter ipsius impotentiam et debilem statum et conditionem ad quem maxime latentibus megadomestici mediantibus insidijs, in quem et eius imperium caput suum erexit et alijs de quibus ipsi ambaxatores plene sunt informati totaliter est deductus propter quod necessario requireretur quod de alio numerum predictarum sex galearum supplente, prouideretur in breui, tamen si eas ponere non recusaret, bonum esset. 120 125 130

Nº 494. Capta. Ordinatio autem predicta et scriptura autentica exhibita nostro ambaxatori de mandato dicti domini pape cum sigillo domini cardinalis de Anzor qui fuit deputatus tractator in dicto facto dictis ambaxataribus ad suam informationem debeat exhiberi. 135

Nº 495. Capta. Et si accidetur quod unus uel duo ipsorum irent uel remanerent per modum superius expressum quam cito poterunt quecumque fecerunt et habuerunt et non occurrerunt in partibus illis nobis sepius debeant per suas litteras uellociter intimare. 140 142

10

Οἱ σοφοὶ ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων Κρήτης Μπερτούτσιος Μιχαήλ, Ἰωάννης Σανουῖδος καὶ Πέτρος Τζάνες ἔχοντες ὑπ' ὄψει τὴν ἀλληλογραφίαν τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης καὶ μελετήσαντες



τάς ἐν αὐτῇ ἀναφερομένας ὑποθέσεις προέτειναν τὴν ἔκδοσιν τῶν θεσπισμάτων. 1342, Ἰουνίου 22.

1ον Περὶ ἄλατος.

2ον Περὶ ἀποστολῆς ἐκ τοῦ ναυστάθμου τῶν ζητηθέντων ἀντικειμένων.

3ον Περὶ ἀμύνης τῆς νήσου ἐκ τῶν ἐπιδρομῶν τῶν Τούρκων, καὶ τῆς ἀσφαλείας τῶν φρουρίων Κισσάμου, Ἀποκορώνου, Μυλοποτάμου καὶ Ἱεραπέτρας.

4ον Περὶ ναυλώσεως πλοίων ὅπουδήποτε, πρὸς μεταφορὰν σίτου.

5ον Περὶ τῶν τέκνων τῶν ἀποθανόντων ἐπαναστατῶν, οἵτινες παραμένουσιν ἐν τῇ φυλακῇ. Διατάσσεται ἡ ἀποστολὴ εἰς Βενετίαν πάντων τῶν τέκνων τοῦ Κώστα Σμιρίλιου, τῶν ἐμπεπιστευμένων εἰς τὰς μοναχὰς τῆς ἀγίας Αἰκατερίνης καὶ τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ ἰδίου Κώστα ἐμπεπιστευμένου καὶ τούτου εἰς τὰς ἰδίας μοναχὰς. Τὸ αὐτὸ θὰ ἐνεργηθῇ καὶ διὰ τοὺς υἱοὺς τοῦ Λέοντος Καλλέργη ἐπαναστάτου. Ἐὰν δὲ αἱ μητέρες ἢ ἄλλοι συγγενεῖς ἐπιθυμοῦσι νὰ συνοδεύσωσι ταῦτα ἐν Βενετίᾳ, νὰ ἐπιτραπῇ εἰς αὐτοὺς κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν των. 1342, Ἰουνίου 22.

F^o 62^{to} N^o 521. Millesimo trecentesimo XLII, XXII Junij.

Capta. Infrascripte sunt partes et prouisiones facte super litteris duche et consiliariorum Crete consulte per nobiles uiros ser Bertucium Michaellem, ser Johannem Sanuto et ser Petrum Zane, sapientes electos ad hec.

5 N^o 522. Capta. Et primo super eo quod scribunt dicti ducha et consiliarij in facto salis, qui male reperitur et sic carus quod uendendo eum secundum formam suarum commissionum commune perdit de ipso etc. Capta fuit pars quod scribatur predictis duche et consiliarijs, quod procurent habere salem sicut melius poterunt et pro meliori precio quo fieri poterit pro copia et furnimento insule, 10 quem salem uendi faciant ad tale precium, quod commune potius lucretur quam perdat de ipso non obstante in hoc aliquo capitulo suarum commissionum.

N^o 523. Capta. Super eo quod petunt infrascriptas res sibi mitti. Capta fuit pars quod committatur patronis nostris arsenatus quod dictas res specificate petitas mittant eis sicut petunt, de alijs uero rebus non specificate petitis mittant 15 eciam eis in ea quantitate que ipsis patronis sufficiens apparebit mittendo sic ad sufficientiam quod habent potius superhabundanter quam defectiue. Et denarios pro solutione dictarum rerum accipiant ipsi patroni dehinc per cambium, quos ipsi ducha et consiliarij deinde soluere teneantur.

In primis coracia c, item ueretoni v mille, item balistre cl, item pauesia cc 20 item crochi cc, item spagum flibe claudi a coracijs.

N^o 524. Capta. Ad id quod scribunt dicti ducha et consiliarij in facto et de nouis Turchorum; capta fuit pars quod scribatur eis quod pro tutela et defensione insule ab insultibus et inuasionem Turchorum munire seu furnire debeant sufficienter infrascripta castra de bonis castellanis, bonis seruientis, armis et 25 uictualibus et eciam fortificare turis et muros eorum, ubi necesse est et quod faciant eciam bene custodiri punctas. Insuper captum fuit quod pro maiori secu-

ritate dictorum castrorum nulla castellania de infrascriptis quattuor castris possit hic dari per gratiam alicui aliquo modo uel ingenio sub pena librarum L pro quolibet consiliario, capitaneo uel alio ponente parte in contrarium. Et hoc dureret usque ad quinque annos.

30

Hec sunt Castra: Chissimo. Labicorna. Millepotemo et Gerapetra.

Nº 525. Capta. Circa requisitionem autem predictorum duche et consiliariorum de possendo naulizare nauigia ubicumque uoluerint pro habendo frumentum usque ad quantitatem staria xxx mille etc; capta fuit pars pro bono et conseruatione insule ne intentio eorum de habendo bladum falli possit, quod concedatur eis quod possint naulizare nauigia nostrorum usque ad dictam quantitatem ubicumque uoluerint et potuerint non obstante aliquo ordine dato nauigijs.

35

non sincere 2—de non 2—de parte 78.

Quod possint naulizare predicti ducha et consiliarij pro habendo dictam quantitatem frumenti, nauigia nostrorum Venetorum, que forent solum in portu Candide uel in Constantinopoli, set non possint naulizare aliquod nauigium nostrorum quod esset intra mare maius, quoniam cum dicta nauigia iuerint intra mare maius causa conducendi frumentum Venecias, conueniens non esset quod alij acciperent frumentum quod Venetias duceretur. Nam si uoluerint ipsi ducha et consiliarij inuenient multa nauigia forinsecorum naulizanda pro dicta quantitate frumenti habenda. Et sic seruatum fuit tempore dicti ser Johannis Sanuto existentis duche Crete, et eciam tempore aliorum rectorum in ualde maiori quantitate frumenti quam sit ista, non obstante in hoc aliquo ordine dato nauigijs.

40

45

5 de parte.

Nº 526. Capta. Ad id uero quod scribunt de filijs illorum proditorum defunctorum quos detinent carceratos et detentos etc. Capta fuit pars quod scribatur duche et consiliarijs predictis quod ut melius euellatur omne malum semen de insula, et omnis suspitio sinistri casus perfectius tollatur, mittere debeant huc sub bona custodia omnes filios Coste Smirilo proditoris tam eos quos detinent carceratos, quam illos paruulos recommendatos per eos monachabus sancte Catarine, et eciam nepotem predicti Coste recommendatum monachabus predictis ut existentibus ipsis Venecijs, dominium de eis faciat et disponat sicut uiderit conuenire. Et procurent ipsi ducha et consiliarij pro ut scribunt habere filios Leonis Calergi proditoris eosque habitos simili modo mittant huc sub bona custodia. Et si matres eorum uel alicuius eorum quos mittent huc uellent secum uenire permittent eas libere uenire sicut uoluerint. Et dum uenerint et fuerint hic dominium sicut ei plauserit prouideat superinde.

50

55

60

Non sincere 8—de non 1—de parte 75—63.

Quod scribatur predictis duche et consiliarijs quod filios Coste Smirilo pro-
 65 ditoris quos detinent carceratos custodiri et saluari faciant diligenter ne pro
 salute insule ullo modo de carceribus possint effugere filios autem paruos et ne-
 potem dicti Coste recommendatos monacabus sancte Catarine mittere debeant
 huc sub bona custodia. Et procurent ipsi ducha et consiliarij prout scribunt ha-
 bere filios Leonis Calergi proditoris et ipsos habitos simili modo mittant huc sub
 70 bona custodia. Et si matres eorum uel aliqua earum uellent uenire cum filijs per-
 mittant eas uenire huc sicut uoluerint. Et existentibus hic dictis filijs et nepote
 72 proditorum predictorum dominium prouideat sicut placuerit.

11

Πρεσβεία τιμαριούχων Ρεθύμνου 1342.

Περὶ διαφορῶν ἀντικειμένων.

1^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως τὰ περισσεύματα τῶν εἰσπράξεων Ρεθύμνου τὰ μεταφερόμενα ὑπὸ τῶν ρεκτόρων
 εἰς Βενετίαν παραμένωσιν ἐν Ρεθύμνῳ πρὸς προστασίαν τῆς καλλιεργείας τοῦ σίτου καὶ ὀχύ-
 ρωσιν αὐτῆς.

Ἀπαντᾶται ὅτι ἐκ τῶν περισσευμάτων θὰ παραμένωσιν ἐν Ρεθύμνῳ λίτραι πεντακόσαι γροσίων
 δι' ἀγορὰν σίτου πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου, ὑπὸ τὸν ὅρον ὅτι αἱ πεντακόσαι αὗται λίτραι γρο-
 σίων κατ' οὐδένα λόγον νὰ μειωθῶσιν. Ἡ δὲ προκύπτουσα ὠφέλεια ἐκ τῆς ἐμπορίας τοῦ σίτου
 τῶν πεντακοσίων λιτρῶν γροσίων νὰ μεταφέρεται ὑπὸ τῶν ρεκτόρων εἰς Βενετίαν. Διὰ τὰ περισ-
 σεύοντα τῶν πεντακοσίων λιτρῶν γροσίων, ταῦτα ἀποφασίζεται νὰ παραμένωσιν εἰς Ρεθύμνον
 ὑπὲρ τῆς ὀχυρώσεως καὶ πρὸς ὄφελος αὐτῆς. 1342, Ἰουλίου 1^η.

2^{ον} Δὲν ὑπάρχει.

3^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως συμφώνως πρὸς τὰ παραχωρηθέντα προνόμια, ἐκ τῶν τιμαριούχων Ρεθύμνου
 ἐκλέγονται ἢ ὁ Καγκελλάριος Μυλοποτάμου ἢ ὁ δικαστὴς Σιβριτῶν.

Ἀπαντᾶται ὅτι οὕτω δέον νὰ ἐνεργῇται, ὑπὸ τὸν ὅρον οἱ ἐκλεγόμενοι νὰ ἔχωσι κατοικήσει μετὰ
 τῶν οἰκογενειῶν των ἐν Ρεθύμνῳ ἀπὸ τριετίας τοῦλάχιστον.

4^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως τιμάρια τινὰ, ἀνήκοντα ἄλλοτε εἰς τοὺς φονευθέντας ἐπαναστάτας κατὰ τὴν ἐπα-
 νάστασιν τῶν Σηφοπούλων, δοθῶσιν εἰς ἐκείνους, οἵτινες ἐφόνευσαν αὐτούς.

Ἀπαντᾶται προκειμένου περὶ τῶν τιμαρίων τούτων, τὰ ὅποια, ὡς εἶπεν ὁ πρεσβευτὴς Ρεθύμνου,
 εἶναι τρεῖς σερβενταρία, ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἐνεργήσωσιν, εἰς τρόπον ὥστε νὰ παρα-
 μείνωσιν εἰς τὴν κοινότητα, ἢ νὰ διανεμηθῶσι μεταξὺ τῶν φονέων τῶν ἐπαναστατῶν.

F^o 64^r N^o 532. Millesimo trecentesimo XLII, die primo Julij.

Infrascripte sunt partes capte super infrascriptis capitulis porrectis dominio
 pro parte feudatorum Rethimi examinatis de mandato dominij per nobiles Uiros
 ser Bertucium Michael ser Johannem Sanuto et ser Petrum Zane.

5 N^o 533. Et primo ad primum capitulum per quod petunt dicti pheudati Re-
 thimi, quod pecunia que superhabundat rectoribus Rethimi ab expensis, quam
 pecuniam secum portant Venecijs debeat remanere in Rethimo pro subueniendo

